


In illaudata laudantes.



Ingentes Galatum semerni milite turmas,
 Spem præter trepidus fuderat Antiochus.
 Lucarum cum sæua boum uis, ira, proboscis,
 Tum primum hostiles corripuisset equos.
 Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,
 Insuper & sociis occideramus ait,
 Bellua seruasset ni nos foedissima barrus,
 At superasse iuuat, sic superasse pudet.